



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

lii [i.e. vii]. Locutio eorum consistit in volitione, quâ loquens vult
objectum à se cognitum alteri innotescere, vi cuius volitionis infunduntur
alteri à Deo hujus volitionis & objecti species.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

VII. Locutio angelica consistit formaliter in illa volitione, quâ loquens vult, ut objectû à se hoc vel illo modo cognitû alteri suo nomine innotescat; locutio enim cōsistit in ea actione, quâ positâ ex parte loquentis necessario producuntur in audiēte species repræsentantes objectû ut cognitum à loquēte, & volitum ab hoc manifestari. Ad exigētiam itaq; hujus volitionis deus infundit audiēti Angelo species; sicq; adhuc unus loquitur alteri physicè, quatenus hanc volitionem physicè producit. Porro probabile est, hâc quoq; locutionem determinatâ habere sphaeram. De volūtate Angelica, utpote potissimû actus meritorios & demeritorios cōplectēte Theologi.

VIII. Potest naturaliter Angelus per mutationē instantaneâ ex loco adæquato se movere ad proximû adæquatû v.g. potest in instante eodē extrinsecè desinere esse in leuca A, & intrinsecè incipere esse in leuca B; potest enim ubicatio angelica, utpote indivisibilis, & nō habēs contrariû, tota simul incipere vel desinere. Non potest tamē in instante transire ad locum distātem per mediû sibi adæquatum, ne, si in instāte à leuca A per leucam B transiret ad leucā C, naturaliter esset simul in pluribus